

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia af  
cum uariis

Magna est securitas cordis nil habere concupiscie secularis. Nam si ad terrena adipiscenda cor inhiat, securum transquillumque esse nullatenus potest quia aut non habita concupiscit ut habeat, aut adepta metuit ne amittat; et dum in aduersis sperat prospera, in prosperis formidat aduersa; huc illucque quasi quibusdam fluctibus uoluitur ac per modos uarios rerum alternancium mutabilitate uersatur. Si uero semel in appetitione superne patrie forti stabilitate animus figitur, minus temporalium rerum perturbacione uexatur.

Gregorius XXII. moralium super illud Iob: Si expauit ad multitudinem nimiam.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Auaricia af] Auaricia ag P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; transquillumque] transquillum C; in] per se add. (*del. infra*) B; rerum] rerum add. (*del. infra*) M; nimiam] capitulo 31 add. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>